

tentis scribæ: contra enim debuisset scripsisse,
noxæ conscientiam.

Lib. XIV. Ann. *Agrippina & Aceronia eminentibus tecti parietibus forte validioribus, quamvis oneri cederent, protectæ sunt. Potius scribend. quam ut oneri ced.* Visum id mihi, visum magni auctoris magno interpreti V. C. Faucheto annotatumq; , ut sciui & vidi postea monitus ab amico, & hercle gauisus sum vel me simul errare cum tanto viro, vel, quod potius volo putoque, recte sentire.

Ac posteaquam frustra oblata sint, insensa militibus patribusque & plebi, dissuasisset donatium & congiarium, periculaq; viris illustribus instruxisset. Vere monuit Lipsius non esse sanam vocem, *oblata*: nec medetur. mihi medicina in promptu legenti, *Ac posteaquam frustra optata sint, id est cupita & sperata, sibi scilicet Agrippinæ.*

Græci amictus, quos per eos dies pleriq; incesserant, tum exoleuerant. Lego, quis per eos d.

Lib. XV. Ann. *Alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates Deis, ornare lauru donum, genua ipsius aduolui, & dextram osculis fatigare. Quis non videat scrib. ornare lauru donum? Ritus notior, quam ut debeam de eo vlla verba facere. Hæc hætenus; de quibus iudicabis, mi Lecti.*

Cæterum quod pridem scripseram ad te, videri mihi in Hist. I. pro, quos (gladios scilicet)

utraq;

*utraq;
cle
me
glad
vne
& in
tium
ma
me
tib
Ma*

*D
di n
fem
fo h
bo,
eius
tus
col
illu
fura
om
per*